

dicitur virtute ex alto esse qui de tanta pusillanimitate ad tantam venerunt constantiam. denique inuratio illa dextre excelsi manifeste declarat princeps apostolorum in quo prius inter ancille verba formido potest inter principum verba fortitudo aderat. quis dubitat non aduenisse spiritum vehementem. qui mentes eorum inuisibili potentia illustravit. Iohannes dicit Actuum. I. Accipietis virtutem spiritus sancti in vos. et eritis mihi testes in hierusalem. In teste secundum Iuliano. tria considerantur scilicet natura. conditio et vita. Natura ut sit vir et non mulier. quia sexus ille falsitatem et instabilitatem solet annexam habere. Considerat conditio. ut sit liber non servus. quia servus metu domini sui facile solet a veritate abduci. Considerat vita. ne sit infamis propter ista tria plura ecclesie que vel sunt effemmati libidinosi vivendo. vel servilis conditionis mundo vel mone serviendo. vel sunt lesi in bona opinione publice delinquendo non sunt convenientes testes christi nisi sint spiritu sancto consecrati. Sed apostoli fuerunt viri propter cordis constantiam. liberi et sine timore per veritatis abundantiam. Famosi et bone opinionis pro sanctorum redolentia. Et ideo de eis scribitur Actuum. II. Virtute magna reddebant apostoli testimonium resurrectionis Iesu christi. Et ista tria tangit Augustinus. Talis est inquit gratia spiritus sancti que si tristitia inveniunt dissolvit. si desiderium proculosum consumit. in hoc autem que dissolvit tristitia dat cordis firmitatem. in hoc que desiderium proculosum consumit dat vite securitatem. in hoc que trepidationem adducit dat presentiam et libertatem. unde Gregorius super Ezechiel. Considero patres novi et veteri testamenti david. daniel. amos. petrum. paulum. matheum. apertis oculis intuitu eorum fide. Implevit enim gratia spiritus sancti puerum athletam et psalmistam fecit. Implevit abstinentem et iudicem servum fecit. Implevit pastorem armentarium et prophetam fecit. Implevit piscatorem et principem apostolorum fecit. Implevit presbiterum et doctorem gentium fecit. Implevit publicanum et primum evangelistam fecit. hec Gregorius. Iohannes signanter petivit david psalmi. Spiritus principalis confortat me. et tunc constanti docebo iniquas vias tuas: et impij ad te convertentur. Quarto missus est spiritus sanctus sicut errantium predecessor. dicitur enim Basilides in hexameron. que nimia distantia facit errare circa tria. Primum circa quantitatem. et ponit exemplum de sole que propter magnam distantiam nobis apparet vix pedalis in diametro. Secundo circa qualitatem. et ponit exemplum de velis navium que sic sint alba apparent multumque distantibus nigra. Tertio circa figuram. quia quadrata propter distantiam apparent esse rotunda. Istis modis proceres elongati a celestibus errant circa futuram gloriam tripliciter. Primo circa eius quantitatem non considerantes quam magna sit et inenarrabilis. Sic et eam miratur david in psalmi. xxx. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine quam abscondisti timentibus te. Secundo circa eius qualitatem non considerantes. que nec auribus auditur. nec oculis vidit. nec in cor hominis ascendit. vix gliaz quam deus operatur diligentibus se. Esaia. lxiiij. Tertio circa eius figuram non considerantes que stabilis sit et eterna. Est enim in quadro posita Apocalypsi. xxi. ubi dicitur. Civitas in quadro equilatero posita est. ipsi autem credunt eam esse volubilem et rotundam. Et quia circa ipsam errant. ideo ad eam non perveniunt nisi spiritus sanctus veniens eos precesserit. et via ad hanc gloriam monstraverit. quia iste figuratus

est per columnam nubis que precedebat filios israel de egypto exeuntes. Exodus. xliij. et Sapientia. xvij. Ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignote vie. Iohannes dicit David psalmi. cxliij. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. via autem per quam ducet est observantia mandatorum. Juxta illud Matthei. xix. Si vis ad vitam ingredi serva mandata. hec est via brevis et facilis. de qua dicit spiritus sanctus. Proverbia. iij. Viam sapientie monstrabo tibi et ducam te per semitas equitatis quas cum ingressus fueris non artabuntur ingressus tui. q. d. non est difficilis via ista preceptorum et currens non habes offendiculum. q. d. Si ambulabis in vijs preceptorum et in semitis consiliorum recto gressu pervenies in regnum celorum. ad quod perducatur nos deus pater.

De eodem sermo secundus. 25

Spiritus sanctus discipli

ne effugiet fictum Sapientia. j. Augustinus. re fert que mos antiquus erat que corda imperatorum ante regum post mortem ipsorum comburebant et cineres in eminentiori loco collocabant. Et contingit autem que quidam moriebatur cuius cor non potuit concremari. multis autem super hoc mirantibus omnes sapientes pervenire citaverunt et ab eis causam quesierunt. Tandem causam inveniunt dixerunt que imperator fuisset intoxicatus. et propter latens venenum comburi non posset cor eius nec accendi. tunc illi cor de igne extraxerunt et tiriacam apposuerunt. sic veneno fugato cor in ignem positum mox in cinerem est redactum. Moraliter per reges aut imperatores intelligi possunt christiani homines. De quibus dicitur. j. Petri. ij. Vos estis genus electum per baptismum regale sacerdotium gens sancta populus acquisitionis. scilicet proles sanguine christi. Sed per ignem in quo cor horum regum debet comburi. spiritualiter significatur amor spiritus sancti. propter aliquas proprietates ignis. quia sicut ignis est principium omnis levitatis. ut dicit commentator super. iij. meth. sic amor spiritus sancti est principium et causa levitatis ad opera bona in agendo. quia nescit tarda mollina spiritus sancti gratia. ut inquit Ambrosius in omelia. Tres sicut ignis corpora dura mollificat et mollia indurat. Sic amor spiritus sancti induratos et obstinatos in peccatis per penitentiam mollificat. Imbecilles et infirmos corroborat et confirmat. Ideo perit psalmi. lxvij. Confirma hoc deus quod operatus es in nobis. Ite sicut ignis omne corpus a putrefactione preservat ut dicit Averrois super li. de pomo et morte. Sic ignis divini amoris vel spiritus sancti preservat animam ab omni corruptione mortis perpetue et a putrefactione penalis tatis eterne. Sed per cor veneno infectum significat cor mortali peccato infectum. et hoc quidem non potest comburi per amorem spiritus sancti. nisi a peccato fuerit purgatum. quia sicut ignis naturaliter inimicatur veneno Sic spiritus sanctus veneno pravitatis Ideo apponit tali cordi tiriacam penitentiae que confici debet ex tribus rebus. scilicet contritione. confessione et satisfactione. et tunc comburi potest ab amore divini. peccato per penitentiam a deo fugato. Quia Sapientia. j. dicitur. In malivolam animam non introibit sapientia. nec habitabit in corde subdito peccatis. et hoc est quod dicit sapiens in verbo allegato. Spiritus sanctus discipline effugiet fictum